

1703. X, 5-40 — Carta de condolências do duque da Baviera à rainha D. Leonor. 1519, Novembro, 15. — *Papel. Bom estado.*

Serenissima illustrissimaque domina cum omni obsequiorum oblatione .S. multa et pene infinita sunt malorum genera que nos miseros mortales excruciant sed quantum animus corpori prestat tamen illius passiones corporis incomoda antecedunt quod hoc anno cum maxima nostra jactura imo totius orbis in morte serenissimi invictissimi romanorum imperatoris domini maximi clare memorie avunculi vel potius parentis domini nostri clementissimi sensimus quod non maximo imperii habenas moderante desperandum multa animo conceperat plura peregisset contra immanissimos sanctissime crucis hostes sed stat cuique sua dies.

Et quare novimus serenissimam vestram dominationem domino nostro clementissimo non modica necessitudine junctam nec minorem propterea concepisse dolorem non est tamen opus nostre serenissimam vestram

dominationem digne consolari cujus prudentia serenissima novit domini voluntatem pre omnibus eligendam nec culpandam fore nec christiani hominis est contristari de dormientibus cum non mortuum est sed ad meliora et ad ea que oculus non vidit nec cor hominis intellexit translatum avunculum et dominum nostrum credimus.

Caeterum serenissimae dominationis vestrae fratri domino nostro scripsimus et quare non dubitamus dominum regem usurum consilio serenissimae dominationis vestrae totam rem voluntati divinae et serenitati vestre committimus. Deus Optimus vota serenitatis vestre secundet.

Datum in civitate nostra Monachio decimo septimo Kalendas Decembris. Anno salutis M.D.XV IIII^o

Wilhelmus utriusque Bavarie dux per manum propriam.

No verso: Serenissimae illustrissime que domine Leonore regine Portugalliae etc.^a.

(A. E.)